

7.

*Auspiciis Faustis!*  
APHORISMORUM DECAS  
De  
**COGNITIONE**  
**ANIMÆ**  
**PER EXPERIENTIAM,**

*Suff. Ampl. Fac. Phil. in Reg. Acad. Aboëns.*  
Quam  
Sub PRÆSIDIO  
VIRI Amplissimi & Celeberrimi

**MAG. NICOLAI**  
**HASSELBOM,**  
MATHEM. PROFESS. REG. & ORD.


PRO GRADU  
*ad examen publicum modeste deferit*  
**GABRIEL MELARTOPOEUS**  
*Austro Finlandus*

Add III. Julii A o MDCCXLV. loc. horisq. solitis.

---

ABOË, Excid. JOH. KIÆMPE, Reg. Ac. Typ.

**H**æc prolixius multo cogitata & elaborata,  
intra arctissimos hosce limites, habita ratione  
temporis & Typographæ nostri jam occupatisissimi,  
cogere necessum habuimus. Faciliorem igitur ex-  
cusationem, mitioremque censuram eadem ille caus-  
æ, ut speramus, nobis conciliabunt.



APHOR. I.

**C**ognitio est actio, qua anima idem sive notionem rei alicujus sibi adquirit. Hanc haud immerto philosophi in cognitionem *a priori* & *a posteriori* distinguunt. Illa est, ubi ex cognitis ratiocinando nimirum, aliquam erimus veritatem. Hæc *experientie* nomine etiam venit, atque in immediata cognitione, quam rebus nobis præsentibus & in nos agentibus obtinemus, consistit.

APHOR. II.

**D**uplici ratione nos experiri nemo nescit, videlicet, aut *objecta*, quæ

**4** mutationes organis nostris sensoriis inducunt, cognoscimus, aut operaciones, quæ in anima nostra contingunt, nulloque mediante organo in nos agunt, experimur. Experientia illa prior, *externa*, hæc autem *interna* appellatur. Igitur quicquid de anima dicimus nos experiri, interna experientia id omne hauriri, non multo negotio intelligitur.

*APHOR. III.*

**E**x definitione experientiæ consequitur, quod quæ per illam cognoscuntur, mutationes cognoscendarum rerum sint. Sed quemadmodum, quæ in rebus contingunt mutationes, vel actiones sunt vel passiones; ita specificationes has experiri non possumus, cum nexuum perspicientiam involvant. quare nec vim, ex qua actionis actualitas

tas dependet cognoscemus immediate  
ab experientia. Unde patet, nos experi-  
ri quidem animæ mutationes, non vero  
statim harum caussam & specificationem.

APHOR. IV.

**M**utationes in anima contingentes,  
esse ad partem perceptiones fa-  
miliarissimum est. Modus autem expe-  
riendi perceptiones animæ in eo consis-  
tit, quod istas appercipere debea-  
mus, nam alioquin non possumus eas  
experiri, nisi concii illarum reddi-  
mur. Porro, quoniam nos obscuras  
nostras perceptiones non appercipere  
posse, quisque concedet, neque nisi  
claras animæ perceptiones experien-  
tia cognosci asserimus.

APHOR. V.

**R**atione perceptionum in anima ex-  
perimur sensationes, actus imagi-  
nan-

nandi, reminiscendi, & obliviscendi, nimirum qui ad facultatem ejus cognoscitivam inferiorem pertinent. Adhac etiam quæ facultatis ejus superioris sunt, experimur. Videlicet cognoscimus illam ad rem adtendere, refleccere, simpliciora a complexis abstrahere, abstracta seorsim considerare, nexusque eorum perspicere.

*APHOR. VI.*

**P**raterea mutationes animæ inexistentes in volitionibus & nolitionibus consistere experimur. Has autem pariter & illas non vi quadam externa, verum pro eo fieri observamus, quomodo ipsi rem aliquam nobis repræsentaverimus, adeoq; animam sponte appetere & aversari experimur. Quod ut bonum repræsentat, id illam velle & appetere; quod vero ut ma-

7  
malum, aversari, itidem per experien-  
tiā cognoscimus.

*APHOR. VII.*

**N**ihi lominus libertas in **anima** cir-  
ca voluntatem ejus cognoscitur,  
quia plura sibi eandem repræsentare pos-  
sibilita, & ex iis, quod magis arridet,  
elgere, propria cuivis experientia constat.

*APHOR. VIII.*

**Q**uicquid de **anima** experiri licet,  
attributa ejus sunt & modi. Ad  
possibilitates autem eorum, facul-  
tates, & essentialia **animæ** cognoscenda  
eadem illa via non pervenit.

*APHOR. IX.*

**Q**uod ad id adtinet, quomodo in  
commercio cum corpore lese ha-  
beat anima, tantum illud experimur,  
quod perceptiones in mente mutatio-  
nibus organis sensoriis inductis coexi-  
stant & congruant, minime vero ra-  
tio

tio observatur, quare id fiat. Similiter, ubi in mente actus voluntarii existunt completi, iisdem convenienter in corpore motus oriri deprehenditur. Nulla vero ratio istius mutationis cognoscitur. Quamobrem errant, vitiumque subceptionis committunt, qui actionem mentis in corpus, & hujus in mentem actionem, tanquam idearum sensualium productricem, se experiri autemant.

APHOR. X.

Immaterialitas animæ, immortalitasque mutationibus nunquam exprimi possunt; quare nemo illas sibi persuadeat se experiri posse, verum a priori easdem cognosci debere.

S. D. G.

